

Kreis

arendorf

S. 38

1293 (1292) Februar 26.

[138.]
Jutta, Abtissin des Stiftes Freckenhorst, überreicht eine von der Kanonissin
Margareta von Wallgarden gestiftete Rente dem Marienaltar in der Kirche zu
Freckenhorst.

Nos Jutta, Dei gratia abbatissa ecclesie in Vrekenhorst, notum esse
volumus universis presentia visuris, quod, cum Margareta de Walegarden
canonica ecclesie nostre a Ludolpho milite, patre suo, et Ludolpho, fratre
suo, redditus duorum solidorum de quadam casa sita in Hotman (Hoetmar)
dicta to der Burg pro duabus marciis Monasteriensis monete emisset, idem
Ludolphus miles constitutus in presentia nostra una cum Ludolpho et
Thiderico filiis suis et Margareta uxore sua, Bertrade uxore Ludolphi pre-
dicti ac pueris suis proprietatem dictorum duorum solidorum de communi
consensu nobis et ecclesie nostre contulit ac cum suis heredibus prenominitatis
in manus nostras libere resignavit, unde nos ad preces Margarete canonice
nostre prefate dictos duos de casa nominata solvendos¹⁾ singulis annis in
festo beati Martini altari beate Virginis in choro dominarum adipicimus in
usum luminarium convertendos eosdem, quecumque pro tempore in ecclesia
nostra erit priorissa, ut ad luminaria in honorem beate Virginis convertat
committendo.

Datum et actum hiis presentibus: Helmico decano et Brunone canonico
nostris, Arnoldo et Brunone de Vrekenhorst militibus; Engelberto dicto
Busen et Johanne de Horst officiato nostro. Anno Domini M^oCC^o nona-
gesimo secundo, feria quinta post Matthie apostoli.

Orig. Siegel. Bergl. Schwieters a. a. D. S. 59.